

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 274

**Autre(s) référence(s)** : ARTEM 2901

**Auteur(s)** : Guillaume, Mortain (comte)

**Bénéficiaire(s)** : Mortain, Notre-Dame ou Sainte-Trinité (Abbaye Blanche) (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1105

**Action juridique** : fondation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Charte de fondation de l'Abbaye-Blanche de Mortain. (Dans un vidimus de Charles IV, roi de France, daté de Tours, décembre 1323).

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instr. Eccl. Abr., n° VI, col.108-109.
- b. Le Cacheux Paul, *La date de la fondation de l'Abbaye-Blanche*, *Revue catholique de Normandie* n°10, 1900-1901, Pièces justificatives, n° 1, p. 320-322.
- c. Van Moolenbroek Jaap, *Vital l'ermite, prédicateur itinérant, fondateur de l'abbaye normande de Savigny*, Assen-Maastricht, Van Gorcum (Revue de l'Avranchin et du Pays de Granville ; mars 1991, 68, 346), 1990, Preuves, n° 38, p. 319-322.

### Indications

Groult Claude, *Mortain, chef-lieu d'un comté normand de 933 à 1412*, Caen, Histoire, 1999, 330 p., 2 vol. (dactyl.), t. 1, p. 105-121.

## Dissertation critique

La charte n'est pas répertoriée par l'ARTEM parmi les actes faux. J. van Moolenbroek considère ce pseudo-original comme "une charte inauthentique" réalisée vers 1200 à partir d'un écrit de 1105 aujourd'hui disparu.

« Le texte a été prise sur la copie conservée aux Archives nationales, dans le registre du Trésor des Chartes JJ 62, n° 232. Tout ce qui est entre crochets a été copié sur l'original très détérioré conservé aux mêmes archives, dans le carton L 979, n° 3. »

Texte établi d'après b

Karolus, Dei gracia Francorum et Navarre rex, notum facimus universis tam presentibus quam futuris nos vidisse quasdam litteras quarum tenor sequitur in hec verba :

Anno ab incarnatione domini m° centesimo quinto, ego Guillelmus, comes Morethonii, filius Roberti, qui fuit frater Guillelmi regis Ang[lorum construxi abbatiam sancti monia]lium in honore sancte trinitatis in novo burgo Morethonii, adjuvante fratre Vitali tunc temporis abbate Savi[gneii existente cui abbatie de possessionibus]

meis dedi ad opus Dei ministratum (sic), videlicet pro anima mea et animabus dominorum meorum regum Anglorum et prin[cipum Normannorum et omnium] amicorum meorum tam vivorum quam defunctorum et omnium fidelium christianorum, in puram et perpetuam elemosinam [omnino liberam et quietam et ab omni] exactione seculari penitus absolutam, in primis totum dominicum et dominium meum et quicquid habebam in[ter Canciam et Canciolam et in] teloneo in molendinis et in firmis et in feria et ecclesiam sancti Hylarii cum omnibus ecclesiasticis eide[m ecclesie pertinentibus quam habebat sanctus] Ebrulphus et pro excambio sancti Hylarii, ego comes dedi sancto Ebrulpho ecclesiam de Ivranda, cum feodo presbiteri [sicut de me tenebat et totam] feriam de Juvigney et pro quatuor masuris quas habebat sanctus Ebrulphus in novo burgo ego comes [excambiavi Roberto] matriculario et pro tribus masuris quas Robertus filius Giraldi habebat in novo burgo in excambio habet Rain[aldum Flavum ; Hernulphus viceco] mes dedit duas masuras pro anima sua, Milo camerarius duas, unam dedit et alteram excambiavit [Guido de Landevi dedit] tres, Robertus Piscerna tres et unam sanctus Ebrulphus in communi quam dederunt canonici ; Rogerus filius [Theodorici unam et terram Eugenuphi] quam tenuit in novo burgo et Robertus filius Giraldi vineam quam ibi habebat et quicquid per partes enumerarem (?) [que quicumque ibi habebat quicumque totum] datum est ecclesie sancte Trinitatis. In Anglia vero dedi ego comes Guillelmus decem libratas terre in Thevemh (sic) [et in Constantino in parrochia] de Appevilla in Baltiesio dominicum meum quod habebam apud Vindelunde, cum medietate marescorum et [unam piscariam anguillarum et In] g[eramni ?] terram trium caruscarum et terram Tropet et apud Teinchebranam unam medietariam et in [foresta boscum ad ignem et ad edificia] ecclesie et omnium domorum suarum et panagium in foresta et herbam et fulgeriam et juncos ad falcandum [et omnia necessaria sua sicut] ego comes habeo ecclesie hominibus mortuum bescum (sic) ad necessaria et quitanciam in omni terra mea Hu[go Pontinus dedit in Surda valle] feodum de Suspensis totum concedente me comite Ricardus de Estra totam terram quam habuit mater sua in Sur [davallo, Adam de Malaherba] dedit septem masuras super pontem de Egrania, Robertus filius Oberni in Rufa vetula sexaginta acras terre et in [Montefautrello. X. acras] Lodesiodus de Sageyo suam medietariam de Bello monte et ita ego Guillelmus comes antedictus fondator [abbatie memorate dedi et concessi] donacionis (sic) baronum meorum factas abbatie et monialibus ibidem Deo ser[vientibus quicquid habebam in dominio et in] dominico in burgo novo et omnibus aliis locis in [carta contemptis] (ita) quod nichil michi et heredibus meis [omnino retinui preter denarium in die ferie mee] et panagium foreste mee [de hominibus ecclesie et retributionem divinam cum omnibus pertinentiis suis in terris, in ecclesiis, in decimis, in bosco et plano, in pratis et] pasturis, in viis et [semitis in aquis, in molendinis, in vivariis et piscariis et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illas pertinentibus tam] ex donacione mea quam [aliorum donatorum in puram et perpetuam elemosinam penitus liberam et quietam, bene et in pace] libere et quiete et [plenarie et integre] et honorifice [cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, et volo et concedo monialibus antedictis] quod possint [edificare, construere domos] furnos [stagna, molendina ad aquam et ad ventum] et omnia [alia edificia ad habitandum et ad] utilitatem abbatie [necessaria in omnibus locis a me] comite et [ab aliis hominibus meis datis et concessis in episcopatu Abrincensi, Constancensi (sic)] et Biocensi (sic) [bona ecclesie augmentando et prohibeo ne eis vel hominibus suis vel rebus suis injuria vel contumelia fiat vel fieri permittatur quia] ipse [et omnia sua sunt in manu et custodia et protectione mea.]

Nos autem predictas litteras, quarum tenor superius est insertus, renovari in modum premissum concessimus propter ipsarum litterarum nimiam vetustatem. In cujus rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Datum Turonis anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, mense decembris.